BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 143r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift





pgaudeant michi qui aduersantur
michi inique qui oderunt me gra
tis et annuunt oculis. Quoniam michi
quidem pacifice loquebantur et in
iracundia terre loquentes dolos co
gitabant. Et dilatauerunt super me
os suum. dixerunt euge euge uidi
unt oculi nostri. Vidisti domine ne sile
as domine ne discedas a me. Exurge
et intende iudicio meo. deus meus et
dominus meus in causam meam. Iudica me
secundum iusticiam tuam domine deus meus et
non supergaudeant michi. Non di
cant in cordibus suis euge euge a
nime nostre nec dicant deuorauimus
eum. Erubescant et reuereantur si
mul qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et reuerentia.
qui maligna locuntur super
me. Exultent et letentur qui uo
lunt iusticiam meam. et dicant semper
magnificetur dominus qui uolunt pacem
serui eius. Et lingua mea medi
tabitur iusticiam tuam. tota die
laudem tuam. 34

Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso. non est timor dei
ante oculos eius. Quoniam dolo
se egit in conspectu eius ut inueni
atur iniquitas eius ad odium. Ver
ba oris eius iniquitas et dolus.
noluit intelligere ut bene age
ret. Iniquitatem meditatus est
in cubili suo astitit omni uie non
bone. maliciam autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua et ueritas tua
usque ad nubes. Iusticia tua sicut
montes dei. iudicia tua abyssus
multa. Homines et iumenta
saluabis. quemadmodum multipli
casti misericordiam tuam deus. filii autem ho
minum in tegmine alarum tuarum
sperabunt. Inebriabuntur ab uberta
te domus tue et torrente uoluptatis
tue potabis eos. Quoniam apud te est
fons uite et in lumine tuo uidebi
mus lumen. Pretende misericordiam tuam sci
entibus te et iusticiam tuam his qui
recto sunt corde. Non ueniat michi pes
superbie et manus peccatoris non mo
ueat me. Ibi ceciderunt qui operantur
iniquitatem expulsi sunt nec potue
runt stare. 36

Noli emulari in malignanti
bus neque celaueris facientes
iniquitatem. Quoniam tamquam
fenum uelociter arescent et quemad
modum olera herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonitatem et in
habita terram. ut pasceris in diui
ciis eius. Delectare in domino et da
bit tibi peticiones cordis tui. Re
uela domino uiam tuam et spera in eo
et ipse faciet. Et educet quasi lu
men iusticiam tuam. et iudicium
tuum tamquam meridiem. subditus
esto domino et ora eum. Noli emula
ri in eo qui prosperatur in uia sua in
homine faciente iniusticias. Desi
ne a bira et derelinque furorem noli
emulari ut maligneris. Quoniam qui
malignantur exterminabuntur susti
nentes autem dominum ipsi hereditabunt ter
ram. Et adhuc pusillum et non erit
peccator. queres locum eius et non
inuenies. Mansueti autem heredita
bunt terram. et delectabuntur in mul
titudine pacis. Obseruabit pec
cator iustum. et stridebit super eum
dentibus suis. Dominus autem irridebit eum.
quoniam prospicit quod ueniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores